

Heinrich Rahn

Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Henricus Rahne, I.D. & Prof. Ad Exequias Quas ... Dn. Johanni Quistorpio, S.S. Theol. D. Facultatis Seniori & Ecclesiarum Rostoch. Superattendenti ... Marito ac Parenti suo desideratissimo Coniux ac Liberi moestissimi ... paratas cupiunt, Omnes Academiae Cives peramanter invitat : [P.P. Rostochii d. V. Maii Anno M D CXLIX.]

Rostochii: Kilius, 1648

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777388472>


Druck Freier  Zugang




Rahne, H.,
in
J. Qvistorp.

Rostock . 1648 .

49





2-
4.

PROGRAMMA
2^{vo}
RECTOR
Universitatis Rostochiensis
HENRICVS RAHNE,

J. D. & Prof.
AD EXEQUIAS
Quas

*Viro admodum Reverendo, Excellentissimo
Clarissimoq̃*

DN. JOHANNI
QVISTORPIO,

S.S. Theol. D. Facultatis Seniori & Ecclesia-
rum Rostoch. Superattendenti ac Antistiti
Spectatissimo

*Marito ac Parenti suo
desideratissimo*

*Conjux ac Liberi mæstissimi
hodie paratas cupiunt,*

Omnes Academia Civēs peramanter invitāt.

••(o)••

ROSTOCHII,
Typis NICOLAI KILII, Academia
Typographi, Anno 1648.





*H*u quam invitus compello vos hodie,
CIVES ACADEMICI! quam funesta quamq̃ la-
mentabilis est officii istius ratio, ad quod diligen-
ter sancteq̃ faciendam vos invito! Pene dix-
erim: VELLE NESCIRE LITERAS. Ullum
hoc die gaudii sensum animo percipere, piaculum
fit! Vixit eheu! vixit *QUISTORPIUS* ille, ille *QUISTOR-*
PIUS, *cujus clara & commemorabilia merita omnis posteritas lo-*
quetur, omnis atas exosculabitur. Mortuus est, quem vivere sem-
per omnes optabant. Nimirum restabat hac Rostochio nostro ca-
lamitas, ut tam saevo vulnere sauciaretur, ut tam inopinato funere
percelleretur. Non est vulgaris hac jactura. Amissimus Academiae
ornamentum, Civitatis nostra delitium, Religionis Christianae pra-
sidium. Amissimus Theologum pietate, doctrinâ pragmaticâ, &
mansueto spiritu, huic contentioso seculo valde utilem. Nemo ve-
strum est, scio, qui non QUISTORPIUM in ipso funere jam
reviviscere optaret, quo modo Roma Corfidium Plinius, Acilium
Aviolum Valerius, alium quendam Plutarchus commemorant. Sed
vixit! Unum nobis, & quod nulla unquam ex animis nostris dele-
bit oblivio, moriens reliquit, sui desiderium. Processerat in com-
munem hanc lucem hinc Rostochii, anno supra millesimum quin-
gentesimum octogesimo quarto, Augusti die decima octava, sextam
circiter horam matutinam. Parentes habuit fama quidem &
opinionis bonae, sed tenuioris fortunae & conditionis. Patrem JO-
ACHIMUM QUISTORPIUM balantiopœum; matrem CA-
TCHARINAM Dumrathis. Sunt equidem splendor natalium
& majorum gesta verè $\chi\rho\upsilon\sigma\tau\alpha$ $\kappa\epsilon\gamma\eta\tau\iota\varsigma$, & $\Pi\upsilon\delta\alpha\epsilon\upsilon\varsigma$, aureum, ut
Pindarus ait, fundamentum; neq̃ ignoramus parentum claritu-
dinem esse potiore patriae. (Nam communibus praestant incom-
munia

munia, ut cum Tertulliano loquamur.) Imò eam ex donis exter-
 nis solam eripi non posse. Undè Mithridates oratione generosè sup-
 plicii ita Eunonem affatur apud Tacitum: Mithridates, terra
 marique Romanis per tot annos quæsitus, sponte adsum,
 Utere, ut voles, prole magni Achæmenis: quod mihi so-
 lum hostes non abstulerunt. Interim & locum habet illud Mi-
 nutii Felicis in Octavio: omnes pari sorte nascimur, solâ vir-
 tute distinguimur. Et illud Velleji: optimus quisque nobi-
 lissimus. Nimirum nostra non sunt, genus, pecunia, καὶ ἐνὶ λόγῳ,
 ὅσα ἐκ ἡμέτερας ἐροῦ, ut Epictetus ait. Quin majoris est virtutis
 argumentum, si quis familiam abjectam & obscuram, è tenebris in
 lucem vocaverit. Iphicrates ille, cùm sutoris crederetur filius, ob
 virtutem, & rei militaris peritiam, factus est Atheniensium Impe-
 rator: unde, Harmodio ei ob generis ignobilitatem convicia inge-
 rente, Meum, inquit, genus à me incipit, tuum in te definit,
 uti refert Plutarchus in apophth. Imp. Et si igitur QUISTORPIUS
 noster non clari generis parentes erat consecutus, ab iis tamen in-
 genuè liberaliterq; educatus, & sic institutus fuit, ut majoribus
 suis virtute antecelluerit, & posteris suis genus obscuris ortus nat ali-
 bus ipse fecerit. Elucebat in eo inter initia statim, ut solet in ge-
 nerosis naturis, animi & ingenii lumen, quo fiebat ut per benedi-
 ctionem divinam feliciter in schola patria artium ac linguarum ja-
 ceret fundamenta. Quod cùm praeceptores ejus, ille M. NATHAN
 CHYTRÆUS & ille PAULUS TARNOVIUS, at quanti vi-
 ri! animadvertissent; tantum aberat ut conatus ejus laudabiles aut
 refrentarent aut insuper haberent, ut potius ad majora nitentē ma-
 gis magisq; hortatibus paternis exstimularent & doctrinis salubri-
 bus redderent illustriorem. Multum enim interest eam at atulam
 rectè institui, rectè tractari, qua suo nisu insistere studiis, & suis au-
 spiciis rem gerere, aut sine cortice nare nequit. Ab hoc enim fonte
 fluunt omnes vel laudes, vel labe, quibus publica salus stat aut ca-
 dit. Factis itaq; probè fundamentis consulto consilio in scholâ Beroli-

mensem ablegatus atq; ibi per triennium in studiis humanitatis & literarum versatus fuit: Hinc Francofurtum ad Oderam concessit, non absq; piis parentum precibus, sed non multis cum numis. Cursum tamen ingenii non sufflaminavit illa contubernalis magnorum ingeniorum, quam bona mentis sororem nominat Petronius, sed potius incitavit & provexit: ita ut intra annum quasi spacium plurimum in literis proficeres. Accidit autem ex insperato ut medio tempore pater ejus diem obiret, & ipse hoc fato domum reverti teneretur. Reversus itaq; AN. cl. 13 cIV. non voluptatibus se dedit & otio, sed per integrum septennium legendo pariter ac disputando ita se adolescentibus studiosis probavit, ut ad eum audiendum magno numero confluerent. Quo etiam factam, ut inclinatione voluntatis in eum propenderet NICOLAUS Ritter Patricius Lubecensis, suorumq; studiorum ac morum rectorem formatoremq; ascisceret. Quo cum per Hollandiam, Brabantiam & Flandriam singulari cum laude & maximo studiorum fructu peregrinatus est. Quanquam enim, si Seneca credimus, per se nemini prodest, neq; meliorem, neq; sanioerem, nec Medicum, nec Oratorem peregrinatio facit: pleriq; etiam vitia tantum imbibunt, & animi corporisq; morbos; non tamen ideo peregrinationes ex vita hominum tollendas esse opinabatur: sed potiorem Aristotelis sententiam ducebat, qui Oratorem suum peregrinatorem esse vult: variosq; hominum mores contemplari. Inde Germaniam salvis incolumisq; reperens Rostochium iterum appulit: ubi virtus ejus jam in obscuro esse minime potuit. Eos enim in literis progressus fecerat, ut magnam de se spem concitaret iis, qui id temporis in Academia è superiore loco docebant. Caterum consuetudine D. DOMANNI & DN. GLADOVII COS. item D. GRYPHII, virorum sine controversia magni nominis fruebatur. Hi non solum famam ejus auxerunt: sed & locum inter Professores ipsi facile impetrarunt. Anno enim cl. 13 cXIV. eopse quo jam rebus humanis exemptus, die secundo Maji ad Professionem Theologiae vocatus fuit. Quo munere impetrato consultum duxit ceteras etiam Germanorum Academias prius perlustrare, quamo

quàm functionem sibi decretam obiret; ut nihil non attentaret, quod
ad comparandum magnarum rerum scientiam facere videretur. Adiit
itaq; Academiã Lipsiensem, Wittebergensem, Jenensem, Marpurgensem,
Gießensem, Altorfianam, Heidelbergensem, Coloniensem, Argen-
toratensem, Basiliensem, & alias. Postquam verò anno supra millesimũ
sexcentesimo decimo quinto domum rediisset, ex templo vestigium
figere in cathedra cepit, & docendi labores cum magna voluptate &
alacritate animi subivit, eosq; hætenus adeo diligenter ac probè susti-
nuit, ut merito suo ab omnibus non iniquis rerum estimatoribus maxi-
mam laudem reportet. Eodem anno ipsi RECTORATUS manus de-
mandatum fuit, quod singulari cum dexteritate gessit; quippe nihil in
se desiderari passus est eorum, quæ ad Academia dignitatem commodaq;
conservanda & amplificanda facere videbantur. Cumq; natura sua do-
res & industriam etiam concionando de suggesto publicè non solum am-
plissimo Senatui sed & omnibus bonis satis superq; probasset, anno post,
quàm professorias partes subierat, Archidiaconus ad adẽm B Virginis
in locum alterius demortui die XXX. Aprilis cooptatus fuit. Cæperat iam
QUISTORPII nomen quotidie magis magisq; inclarescere: quare
Academia Rostochiensis non diutius cunctandum rata, summis in
Theologia honoribus eum ornavit, cum magno applausu omnium, qui-
bus QUISTORPII virtus & eruditio iam nota erat. Ad actum vere
Promotionis & nuptias adiecit, nequaquam veritus bruta Vejovis Tar-
peji GREGORII VII. fulmina, qui torrium Acherus uxoriã conjunctio-
ne Sacerdotibus interdixit. Matrimonio igitur sibi junxit BARBARAM
DOMANNIAM, tum quidem virginem, nunc vero matronam ornatis-
simam, & ob obitũ mariti æstissimam. Quæ patrem sortita erat STE-
PHANUM DOMANNUM JC. & Advocatum Osnaburgi celeberrimũ
magni illius DOMANNI, civitatum Anseaticarum Syndici, fratrem;
matrem verò Alheit Appelbohm̃s feminam singularis exempli. STE-
PHANI, inquam, DOMANNI filiam sibi elegit, cum qua ab accensa nu-
ptiali face usq; ad funebrem concordissime vixit. Ex hac filios suscepit
duos, quorum JOACHIMUM natu minimum
abstulit atra dies, & funere misit acerbo;

alter natu maximu JOHANNES, Philosophia Magister & Theologia
Professor in Academia nostra designatus, vir juvenis ad summa quaq;
natus, paternarum virtutum genuinus heres, Haga-Comitis hodie com-
moratur. Filias ex eadem sustulit octo, è quibus dua in fata concesserunt,
sex adhuc superstiribus. Ex indem CATHARINA elocata est vi-
ro admodum Reverendo atq; Excellentissimo Dn. THOMÆ LINDE-
MANNO, SS. Theologia D. & Professori tum temporis in Academia
nostra diligentissimo, nunc Pastori in sede Teutonica, qua est Hafnia, vi-
gilantissimo, ac bene merenti. MARGARETA verò nuptum data spe-
ctata fidei ac prudentia viro Dn. JACOBO Schofen / qui Reipub. huic
hodie est à secretis. BARBARAM ambivit & ex ambivie vir reveren-
de dignationis & doctrina erudite M. NICOLAUS RIDEMANNUS,
Minister verbi divini ad B. Maria fidelissimus. ANNA deniq; nupsit
viro spectatissimo doctissimoq; Dn. MARTINO Gerdes Civi ac cerevi-
sario apud nos integerrimo. MARIA vero & AGNES adhuc domi ma-
terna vivunt innupta, & ad rem familiarem bene pudicèq; educantur.
Ex liberis suis avū se factū hei! quanta cum voluptate vidit Macarites
noster. Vidit autem nepotes septendecim, raro sane felicitatis exemplo.
An. c19 lxx XLV. die XXV. Octobris Pastor Ecclesie ad B. Maria, paullo
post etiam, nempe die V. Decembris ejusdem anni Super attendens ma-
ximo consensu & mirifica gratulatione totius urbis declaratus fuit. Ad
hunc igitur honorem, vel ad honorum quasi solstitium evectus QUL-
STORPIUS, Deum immortalem! quanta cura officii sui partes exple-
vit? quam egregiam informandi rudes literarum sacrarum metho-
dum invenit & post se reliquit? Memoriam vel hujus solius meriti
nulla unquam posteritas silebit, nulla unquam obliterabit oblivio. At
qua sunt ejus merita in Academiam, in literas & literarum cultores?
Multoties Decanatus officio in Collegio Theologico magna cum laude
& successu præsuit: multisque bonis & doctis viris honores contulit:
Undecies etiam susceptum Rectoratus munus, functionem verbo splen-
didam & magnificam, reipsa molestam & miseriarum plenissimam ex-
plevit: in quo si non omnium votis respondit, nihil mirum est: cum
nec ipse Jupiter omnibus placeat, sive pluat, sive tempestates serenet.

Præ-

Præterquam quod studiosa juventuti auditoribus suis, qui discendi studio flagrant,
 libenter, dextrè & fideliter communicabat, quicquid eruditum in doctissimo pectoris
 sui serinio possidebat, in publicum etiam varia ingenii monumenta commodo Rei-
 pub. literaria edidit. E quibus principem locum obtinent Commentarii illi in Epi-
 stolas Pauli, in Threnos Jeremie, in Nabum Prophetam, Quatuor Novissima, Tra-
 ctatus de Conscientia, Polemica multa, & Nota illa in Biblia, que jam à prelo libe-
 rata & Francofurto ad nos reditum maturare dicuntur. Ceterùm pietatem ac re-
 ligiosum Numinis cultum & docuit & coluit ipse. Domus ejus afflictis semper patuit
 ad quam undiq; confluebant, qui opem in inopia, auxilium in calamitate, sub-
 sidium in egestate desiderabant. Talem se omnibus imperiebat, ut ad hominum
 animos ac voluntates devinciendas ipsis quasi Gratiarum manibus, factus videretur.
 Inprimis matri suæ ἀντιγενήτρια per solvit, fratres item ac sorores munificentiam
 ejus satis experti sunt. Tempestate illà bellicà, quã incolæ sedibus suis miserrimùm
 in modum undiquaq; eiciebantur, & ad mania nostra sese recipiebant, eò omnem
 curam & cogitationem intendit, ut misera illius turba inopia & pecuniã & frumen-
 tũ, ope, operãq; sublevaretur. Equabilem ad omnes casus animum ostendebat, seu
 prospera illi, seu adversa nunciarentur; difficileq; erat aut lætitiã in ejus vultu,
 aut tristitiã deprehendere. Omnia divina providentiã committebat, & quocun-
 que præpotentis Dei voluntas vergere videbatur, eò animum confestim in-
 clinabat. Consilia poterat in arena capere perquam salubria: quomodo Thu-
 cydides scribit, Themistoclem fuisse κράτιστον ἀπογοηδιᾶν τὰ δέοντα,
 maxime idoneum ad explicandum ex tempore, quid fieri oporteret.
 In exadificanda urbũ bujus felicitate unice laboravit, neq; antiquius quicquam ha-
 buit quàm ut publico bono vel cum detrimento valetudinĩ consulere. Patientiã
 egregie erat munitus, quã velut clypeo improborum calumnias & obreclationes
 excipiebat. Erat hic occasio recensendi ceteras quoq; QUISTORPII virtutes: sed
 vereor ne patiar aliquam ex copia difficultatem. Ex hũ igitur liquet, quantum vi-
 rum amiserimus. Outinam tantum thesaurum facta nobis non invidissent! sed im-
 mutabilis est lex illa, & irrevocabile Fati decretum. Satis autem verborum fecisse
 mihi videor de vita QUISTORPII: restat ut aliquid etiã dicam de morte. Cum die
 XXVIII. Apr. Illustris & Reverend. Princeps ac Dn. Dn. ADOLPHUS FRIDERICUS
 Dux Megapolitanus, Dominus noster Indulgentissimus QUISTORPIUM ad se Dobe-
 ranum accersisset, mandato confestim audiens itineri sese accinxit, eoq; labente de-
 mum celo pervenit. Postero die cum potestatem quidem salutandi Principem habe-
 ret, sed dies, quem vocant, Saturni verteresur, quo à confessionibus agrè abesse po-
 terat, licentiã huc remigrandi submissimè petiit &, quæ est Clementia Principũ,
 facile

facile impetravit, eam tamen lege atq; conditione, ut sacrè rite absolutis extemplo rediret. Quod etiam factum est. Cum autem die Luna sapientissimum Principem summa cum veneratione iterum adisset, integritas Quistorpij adeo Principem delectavit, ut eum horà tertià demum pomeridianà à latere suo dimitteret. Dimissus itaq; clementissimè in hospitium, quod presbyter ejus loci ipsi aperuerat, se recepit. Summè ibi cœnula eaq; frugali, cubicum se contulit eam mente ut postero die Illustrissimo Principi iterum adesse & de negotiis incolumitatem Reipub. hujus spectantibus agere vellet. Autè verò quàm somno se daret, in hæc verba erupit: timeo noctem instantem & horret animus quando recordor exquisitos illos cruciatus & dolores quibus præteritâ nocte afflictus ac pene exanimatus fui. Ita sibi præcogit quasi fazalem illam horam, nec frustra. Circa meridiem enim noctis asthma illud scorbuticum, quo per menses jam aliquot angebatur, adeo violenter corpus corripuit, ut fere deficeret. in dolore vita ejus, & anni ejus in gemitibus. Quos gemitus vir reverendus & doctissimus M. PETRUS Eddelstn in eodem cubiculo cum audivisset, protinus accurrit, & quo medicamento sibi consultum vellet, rogavit; cui QUISTORPIUS: Non alio, inquit, potestis malo huic mederi, quàm prece Dominica. (Ihr könnet mir nicht anders helfen / als mit einem Vater unser) Uniceq; id crebris à Deo precibus exoptavit, ut liceret sibi vitam hætenus non otiose actam morte placidâ terminare. Et verò voti sui summam est consecutus. Animus ad extremum usq; spiritum Deo devotus duravit, donec tandem è corporis domicilio, in quo annos sexaginta & quatuor, tanquam hospes præstantissimus, commoratus fuerat, ad beatorum sedes evolavit: ubi nunc sempiterna securitate fruitur.

Græulentur sibi & Conjux Defuncti & liberi, quod Illustrissimus ac Celsissimus Princeps Noster tanto favore tam vivum ac videntem quàm fatû jam functum QUISTORPIUM complexus fuerit ut filio suo JOHANNI GEORGIO Principi Megapolitano illustrissimo totiq; Aula defuncti corpus ad fines usq; & limites Dobberanos solenni ritu honorificè comitari quam clementissimè mandarit. Ad Principis exemplum vestrapte sponte componetû vos, Cives Academici, & frequentissimo comitatu funus hoc ducetis. Mihi credite, suum erga Defunctum amorem non testari, impietati; supremum humanitatû officium non exhibere, summa ingratitudinis est. Valete. P. P. Rostochii d. V. Maji Anno 1710 cXLIX.


Conventus fiet in Aede B. Virgini sacra,
hora prima pomeridiana.

OS(O)S





quam functionem sibi decretam obiret; ut nib
 ad comparandum magnarum rerum scientiam
 itaq; Academiam Lipsiensem, Witebergensem,
 sem, Giessensem, Alcorfianam, Heidelbergensem
 zoratensem, Basiliensem, & alias. Postquam
 mum sexcentesimo decimo quinto domum rediiss
 figere in cathedra capit, & docendi labores cu
 atacritate animi subivit, eosq; haftenus adeo a
 vuit, ut merito suo ab omnibus non iniquis veri
 nam laudem reportet. Eodem anno ipsi RE
 mandatum fuit, quod singulari cum dexteris at
 se desiderari passus est eorum, qua ad Academia
 conservanda & amplificanda facere videbantur
 res & industriam etiam concionando de suggesti
 plissimo Senatui sed & omnibus bonis satis supe
 quam professorias partes subierat, Archidiacon
 in locum alterius demorari die XXX. Aprilis coop
 QUISTORPH nomen quotidie magis magis
 Academia Rostochiensis non diutius cuncta
 Theologia honoribus cum ornavit, cum magno
 bus QUISTORPHII virtus & eruditio iam n
 Promotionis & nuptias adjecit, nequaquam ver
 peji GREGORII VII. fulmina, qui torrium Ache
 ne Sacerdotibus interdixit. Matrimonio igitur
 DOMANNIAM, cum quidem virginem, nunc
 simam, & ob obitu mariti maestissimam. Quae p
 PHANUM DOMANNUM JC. & Advocatum
 magni illius DOMANNI, civitatum Ansestii
 matrem vero Alheit Appelbohms feminam s
 PHANI, inquam, DOMANNI filiam sibi elegit
 pitali face usq; ad funebrem concordissime vix
 duos, quorum JOACHIMUM natu minimu
 abstulit atra dies, & funere me
 A 3



ret, quod
 tur. Adis
 rpurgen-
 v, Argen-
 a millesi-
 vestigium
 luprate &
 robè susti-
 bus maxi-
 minus de-
 e nihil in-
 ommodaq;
 ra sua do-
 solum am-
 anno post,
 B Virginis
 perat iam
 e: quare
 ummi in-
 rium, qui
 Etum vere
 jovis Tar-
 onjunctio-
 RBARAM
 m ornatis-
 erat STE-
 leberrimū
 , fratrem;
 npli. STE-
 ccensa nu-
 ios suscepit

alter